Mas com quam grandes honras tratou elle a ordem Ecclesiastica? Elle pedio ao Pontifice Maximo, que elevasse a sua Capella à ordem Patriarcal, com tal condiçaõ, que o que se nomeasse Patriarca fosse recebido entre os Cardiaes. Elle lhe applicou muitos administros das mais nobres Familias, e os reduzio a muitas Ordens: destes quiz que vinte e quatro fossem Grandes do Reyno, e o estabeleceo por Ley. Faltarmehaõ o tempo, e as palavras, se eu dizendo quizer numerar tudo o que está excogitado, provîdo, e determinado prudentissimamente naquelle Templo Patriarcal. Aquelles mesmos Bispos, cuja grandeza, e dignidade he taõ grande, que nada parece póde accrescentarse-lhe, foraõ por elle condecorados com amplissimos, e gravissimos titulos: porque determinou, que aquelle que fosse eleito Bispo, havia de ser julgado entre os Grandes do Reyno.

Agora porém com que palavras louvarey eu dignamente o desejo de propagar a Religiaõ! Elle mandou todos os annos pregoeiros do Evangelho para Africa, America, Asia, onde nos ultimos limites se comprehendem Reynos naõ poucos do Imperio Portuguez, muitos saõ confederados com elle pelas leys da amisade, e alliança: aos Estrangeiros abrio entrada: fez a todos liberalissimamente o gasto da passagem. E para que a Fé Catholica naquellas regioens, assim mais fertilmente florecesse, como mais cuidadosamente se conservasse, impetrou, que se designassem por authoridade da Santa Sé mais Bispados, e Sacerdocios: a quem tambem estabeleceo rendas annuaes,

tuit, ab regio ærario repræſentandos. Quid? Romæ quantam vim auri reſtituendis non nullis templis adtribuit! quod donaria aliis impertivit! quanto ære alieno collegium noſtrum liberavit! Quid? Caſcia? Quid? Hieroſolymarium templum nonne pietatem, ac munificentiam Joannis iis teſtantur monumentis, quæ nulla temporis longinquitas minuat, aut inobſcuret oblivio?

Magna quidem, Cardinales, & inluſtria indicia proferre me arbitror, ex quibus hominis religionem judicare poſſimus. Unum vero addam, quo tantum ipſe majores ſuos ſuperavit, ut pius præter cæteros nuncupetur, reverentiam dico erga Apoſtolicam Sedem, qua nihil Joanni fuit antiquius. Nam tametſi tanta exſtent Luſitanorum regum in Romanam eccleſiam merita, quanta clariſſimi ac piiſſimi quique Reges habere poſſunt; tamen qui obſervantiam in amorem mutaret, nec vos ut ſummi Dei miniſtros vereretur modo, ſed amaret, fuiſſe Joannem præ me fero. Vos fidem facite, Cardinales, quanto ille honore, quam eximia amoris ſignificatione vos, veſtroſque collegas, quicumque iſſent ad ſe legati, ſit proſecutus. Quot leges tulerit, ut in cunctis imperii Luſitani provinciis Pontificiæ ſanctiones executioni mandarentur. Quam reverenter Romano Pontifici ſupplicaverit, ut ſibi Epiſcopos deſignandi facultatem daret: tametſi id Pontificiis legibus, more majorum, ad ſe ſpectare cognoſceret. Quam ſuppliciter cætera, quæ ad incrementum ſacri cultus, ad ornatum templorum & ad ſplendorem ordinis

nudes, pagas de antemaõ do Thesouro Real. Que mais? Em Roma quanta abundancia de ouro deu para se renovarem alguns Templos! Quantos donativos concedeo a outros! De quam grande empenho livrou o nosso Collegio! Que mais? Cascia? Que mais? O Templo de Jerusalem por ventura naõ testemunhaõ a piedade, e munificencia delRey D. Joaõ, com aquelles monumentos, que nenhuma duraçaõ de tempo diminua, ou escureça o esquecimento?

Sem duvida, ò Cardeaes, grandes, e claros indicios julgo trazer eu, dos quaes possamos entender a religiaõ daquelle homem. Mas accrescentarey hum só, com o qual elle se aventajou tanto aos seus antepassados, que se appellida pio mais que os outros, a reverencia digo para com a Sé Apostolica, que a qual nada foy de mais observancia para ElRey D. Joaõ. Porque ainda que existaõ, para com a Igreja Romana, taõ grandes merecimentos dos Reys Portuguezes, quam grandes podem ter os Reys mais illustres, e pios; com tudo, quem mudasse a observancia em amor, nem sómente vos reverenciasse como Ministros do Summo Deos, mas vos amasse, affirmo, que foy ElRey D. Joaõ. Testificay vós, ò Cardeaes, com quanta honra, com quam grande demonstraçaõ de amor vos tratou elle, e aos vossos Collegas, quaesquer que por Legados hiaõ à sua Corte. Quantas Leys promulgou, para que em todos os dominios do Imperio Portuguez se déssem à execuçaõ as determinaçoẽs Pontificias. Quam reverentemente supplicou ao Pontifice Romano, que lhe désse faculdade de eleger os Bispos: ainda que conhecesse, que isto lhe pertencia pelas Leys Pontificias, conforme o uso antigo. Quam humildemente vos pedisse as demais cousas, que desejava que se lhe dessem, pertencentes ao augmento do sagrado culto, ao ornato dos Templos, e ao explendor

da

dinis ſacerdotalis pertinentia ſibi dari cupiebat, peteret a vobis. Cum ille multa pro ſuis in iſtam Sedem Apoſtolicam meritis convenire ſibi intelligeret, nihil jure ſperavit a Pontifice Maximo; ſed gratis omnia ſe poſſe impetrare. ſperavit? immo vero nihil umquam, Pontifice non libentiſſime concedente, ſe velle profeſſus eſt. Jactent alii Reges ſe ab Apoſtolica Sede ampliſſimis nominibus decoratos fuiſſe: fuerunt hæc ſane juſtiſſima præmia meritorum. Hoc dico, Regem qui ſe Eccleſiæ Romanæ re ipſa & factis amantiſſimum filium in omni vita præſtiterit, præter cæteros fuiſſe Joannem.

Age videamus quanta Politicæ artis, & adminiſtrandæ reipublicæ prudentia excelluerit. Quis enim illo ſcientior umquam fuit artis regnandi, aut eſſe potuit, qui e ludo ad imperium vocatus, idem habuit initium cum hominibus vivendi, & aliis imperandi, qui regnum puer inivit inteſtinis diſſidiis perturbatum, quod mira induſtria pacavit, qui ea geſſit adoleſcens in commodum populorum, quæ præſtantiſſimi quique Reges exacta ætate maximæ laudi ducerent perfeciſſe! Quis enim per illa tempora iter fecit, qui non a viarum obſeſſoribus ſpoliatus dimitteretur? Quem noſtrum latet mortales plurimos, qui e provinciis Ulyſſiponem negotii cauſſa venirent, priuſquam viæ ſe darent, coactos facere teſtamentum latronum metu? Quantæ cædes Ulyſſipone patrabantur, invitante ad id breviſſimo gladii genere, quod per leges deferebatur? Quot viri potentiores inferioris ordinis homines in provinciis vexabant, quod

da ordem Sacerdotal. Entendendo elle, que muitas cousas lhe convinhaõ pelos seus merecimentos para com esta Se Apostolica, nenhuma do Pontifice Maximo esperou de justiça, mas podellas impetrar por graça. Esperou? Antes confessou claramente, que elle nada queria jámais, naõ lho concedendo o Pontifice com toda a vontade. Gabem-se os outros Reys, que elles foraõ condecorados pela Sé Apostolica com amplissimos titulos: estes foraõ certamente justissimos premios dos merecimentos. Isto digo; que Rey, que em toda a vida na realidade, e obras se mostrasse o mais amante filho da Igreja Romana, além dos mais, foy D. Joaõ.

Eia, vejamos com quam grande prudencia da arte Politica, e de administrar a Republica se aventajou. Porque quem jámais foy, ou pôde ser mais sciente da arte de Reynar do que elle, que chamado da recreaçaõ para o Imperio, teve o mesmo principio de viver com os homens, e de mandar a outros, que sendo menino entrou no Reyno perturbado com intestinas discordias, que com admiravel industria pacificou. Que sendo mancebo obrou para commodo dos póvos aquellas cousas, que os mais excellentes Reys attribuiraõ ao mayor louvor ter feito na idade provecta! Porque quem viajou por aquelles tempos, que sem ser roubado fosse deixado ir pelos salteadores das estradas? A quem de nós se occulta, que muitos homens, que por causa de negocio vinhaõ das Provincias a Lisboa, eraõ constrangidos a fazer testamento por medo dos ladroens, primeiro que se puzessem a caminho? Quantas mortes se executavaõ em Lisboa, convidando para isso hum pequeno genero de espada, que por permissaõ das leys se trazia? Quantos varoens mais poderosos vexavaõ nas Provincias os homens de esfera inferior,

quod inſanis eorum cupiditatibus hi recuſarent obtemperare? Quam multa timebant a nationibus exteris Luſitani, quæ turbare quietem, & domeſticum otium ſolita erant? Quis vero hiſce malis occurrit niſi Joannes? qui multis in ipſo regni exordio rebus prudentiſſime geſtis oſtendit, nihil poſſe in politica diſciplina deſiderari, quod non cognitum ipſi ac penitus fuerit exploratum.

Nam quid ego memorem commercium non modo in regno Luſitaniæ reſtitutum, ſed in emporiis quibuſque florentiſſimis Africanis, Aſiaticis, Americanis confirmatum? quid fidem publicam quaſi poſtliminio revocatam? quid mare a Mauritanis piratis liberum, qui Luſitanis mercatoribus, & naviculatoribus ingentem cladem inferebant? quid cætera dicam, quæ in ipſo principio ſpem certam fecerint Luſitanis felicitatis illius, quam tanto ſub Rege eſſent conſecuturi? Tanta enim malorum prævidentia, tanta cura & ſolertia depellendi, tam exquiſitæ regnandi artes aperte indicabant, quam multis virtutibus, quæ ad illud faſtigium cum laude obtinendum ſunt neceſſariæ, ab Rege Regum eſſet ornatus.

Jam illud quis negligat, quanto conſilio & æquitate magiſtratus deferret? Non ille umquam aut majorum nominibus, aut veteri merito fumoſarum imaginum, præmia diſtribuit; non homines ſummo loco natos, ſed virtutis expertes, ad magiſtratus vocavit; ſed probos, & claræ virtutis cooptavit. Exiſtimabat enim, idque ipſe domeſticis declarare ſolebat,

porque estes recusavaõ obedecer às desatinadas cobiças dos mesmos? Quantas cousas temiaõ os Portuguezes das Naçoens Estrangeiras, que eraõ costumadas a perturbar o socego, e descanço domestico? Quem occorreo porém a estas desordens, senaõ ElRey D. Joaõ? Que com muitas cousas prudentissimamente obradas no mesmo principio do Reynado mostrou, que nenhuma cousa póde desejarse na disciplina Politica, que naõ fosse conhecida, e explorada totalmente por elle.

Porque, para que referirey eu o comercio naõ sómente restituido no Reyno de Portugal, mas confirmado em quaesquer florentissimos emporios Africanos, Asiaticos, Americanos? Para que a Fé publica renovada quasi depois de perdida? Para que o mar livre dos Mauritanos piratas, que faziaõ grande destruiçaõ aos mercadores, e mareantes Portuguezes? Para que direy as demais cousas, que no mesmo principio fizeraõ certa esperança aos Portuguezes daquella felicidade, que haveriaõ de conseguir no Reynado de hum taõ grande Rey? Porque taõ grande cautela de males, taõ grande cuidado, e vigilancia de os desviar, taõ exquisitas artes de reynar, claramente indicavaõ, com quam grandes virtudes (que saõ necessarias para conservar aquella dignidade com louvor) era ornado pelo Rey dos Reys.

Agora quem omittirá o com quanto conselho, e equidade dava os cargos da Justiça? Elle jámais distribuio premios, ou aos nomes dos antepassados, ou ao antigo merecimento de denegridas imagens: naõ chamou para os Magistrados os homens da mayor nobreza, mas faltos de virtude; porém elegeo os modestos, e de conhecida virtude. Porque julgava, e elle mesmo o costumava

 declarar

bat, ſummum in homine dignitatis propria virtute ornatum eſſe: multumque adferre reipublicæ utilitatis, & gloriæ talium virorum copiam numerare.

Et quoniam regni peritia non modo in præmiis diſtribuendis, verum etiam ingeniis acuendis, excitandiſque verſatur, in hac etiam parte tot ille fecit, ut mirarentur homines, tot ſimul rebus non modo exequendis, ſed ne cogitandis quidem Regem unum ſufficere potuiſſe. Cui enim ignotum eſt, aut eſſe poteſt, quam maximus fautor & patronus fuerit litteratorum, quantoque opere litterarum gloriam, vereque auream ætatem in Luſitania excitarit? Ille doctrina præſtantiſſimos homines, propoſitis præmiis, in regnum ſuum invitavit. Ille ſuum ſplendorem, celebritatem, frequentiam Academiis reſtituit, quæ antiquitus fuerant inſtitutæ: alias inſtituit, atque ditavit. Ille bibliothecas ampliſſimas Colimbriæ, Mafræ, Ulyſſipone omni librorum, & inſtrumentorum genere inſtructas ædificavit: alias librorum copia ornavit. Ille non paucos exterorum clariſſimos & alibi, & Romæ, ut optima ſtudia amplificarent, donis ampliſſimis cumulavit. Quid? quod majorum noſtrorum clariſſimorum hominum gloriæ ac honori conſulens, collegium fecit Ulyſſipone virorum doctiſſimorum, qui hiſtoriam & Sacram & Profanam diligentiſſime ſcriberent, & domeſtica lingua, atque Latina in vulgus emitterent. Qua una re palam fecit, ante iſta tempora non materiam, ſed ſtilum hiſtoriæ noſtræ defuiſſe. Tot enim exempla antiquæ virtutis, ac religionis e pulvere ac ſitu ſunt ab his excitata,

declarar dos ſeus domeſticos, que no homem o mais alto ornato da dignidade eſtava na propria virtude: e muito de utilidade, e gloria trazia à Republica contar abundancia de taes Varoens.

E porque a pericia de reynar naõ ſe exercita ſó em diſtribuir os premios, mas tambem em apurar, e excitar os engenhos, ainda neſta parte fez elle tantas couſas, que ſe admiraõ os homens, que podeſſe na verdade baſtar hum ſó Rey, naõ ſómente para executar ao meſmo tempo tantas couſas, mas ainda para conſiderallas. Porque a quem he, ou póde ſer occulto, quam grande fautor, e patrono foy dos literatos, e quam grandemente excitou em Portugal a gloria, e verdadeiramente a aurea idade das letras? Elle, propoſtos premios, convidou para o ſeu Reyno homens excellentiſſimos em doutrina. Elle reſtituio o ſeu eſplendor, celebridade, frequencia às Academias, que antigamente tinhaõ ſido inſtituidas: ordenou, e enriqueceo outras. Elle edificou Bibliothecas grandiſſimas em Coimbra, Mafra, Lisboa, apparelhadas com todo o genero de livros, e inſtrumentos: ornou outras com abundancia de livros. Elle encheo de dadivas grandiſſimas a naõ poucos Clariſſimos Eſtrangeiros, aſſim em outros lugares, como em Roma, para que amplificaſſem os optimos eſtudos. Que mais? Que attendendo à gloria, e honra dos noſſos antepaſſados, homens Clariſſimos, fez em Lisboa huma Academia de Varoens doutiſſimos, que eſcreveſſem diligentiſſimamente, e publicaſſem, aſſim na lingua patria, como na Latina, a hiſtoria, aſſim Sacra, como Profana. Com a qual couſa ſó moſtrou claramente, que antes deſtes tempos faltára naõ a materia, mas o eſtilo à noſſa Hiſtoria. Porque por eſtes ſe deſenterraraõ do pó, e do eſquecimento tantos exemplos de antigo valor,

tata, ut mirentur homines, tam præclara facinora tam longo tempore delitescere potuisse.

Age cæteras artes percurramus, quæ non minorem delectationem, quam utilitatem, adferunt civitatibus. Loquimini, Lusitani homines, & numerando enuntiate, quanta quamque magnifica ad ornatum regni, atque regia a Joanne ædificia perfecta sint. Hæc enim tam ampla, tam concinna, tam splendida exteris ipsis videbantur, ut ipsi Itali etiam mirarentur, homines nostros eam gloriam Romanis eripuisse, qui ut cæteris rebus, ita in molibus excitandis magnificentia excelluerunt. Quis enim vias publicas inmensis sumptibus instauravit? Joannes. Quis Tagi alveum, navigantibus maxime periculosum, coërcuit, undarum parte novum in alveum derivata? Joannes. Quis copiam annonæ, remotis omnibus terra, marique impedimentis, multitudini innumeræ urbis regiæ suppeditavit? Joannes. Joannes, inquam, optimis aquis & saluberrimis e longinquo perductis, idque marmoreo receptaculo amplissimo eam ipsam sitientem inundavit. Is est, qui portum munivit, littoraque extrahendis, importandisque mercibus reddidit opportuna. Ille navalia ædificavit, armamentaria perfecit, armamentis, & ministris instruxit. Ille urbes plurimas communivit, murosque temporum vetustate collapsos elegantius restituit. Ille denique artes populares, ornamenta & subsidia civitatis, artibusque exercendis officinas quamplurimas in Lusitania constabilivit: quæ omnia nostri majores magno cum sumptu, & labore incredibili comparabant;

lor, e Religiaõ, que se admiraõ os homens, que podessem occultarse por taõ dilatado tempo, taõ preclaras façanhas.

Ora corramos as mais artes, que naõ menor recreyo, que utilidade trazem às Cidades. Fallay, ò homens Portuguezes, e numerando declaray, quam grandes, e quam magnificos edificios, e palacios para ornato do Reyno, foraõ de todo acabados por D. Joaõ. Porque estes pareciaõ aos mesmos Estrangeiros taõ grandes, taõ elegantes, taõ esplendidos, que ainda os mesmos Italianos se admiravaõ, que os nossos homens tivessem roubado aquella gloria aos Romanos, que, como nas demais cousas, assim brilharaõ na magnificencia de levantar os edificios. Porque quem renovou as estradas publicas com immensas despezas? D. Joaõ. Quem refreou a corrente do Tejo, a mais perigosa aos navegantes, encaminhada parte das aguas para hum novo canal? D. Joaõ. Quem subministrou à multidaõ innumeravel da Cidade regia a abundancia dos mantimentos, desviados por terra, e mar todos os impedimentos? D. Joaõ. D. Joaõ, tórno a dizer, innundou a mesma sequiosa, com as melhores, e mais saudaveis aguas, conduzidas de muito lonje, e isso por hum grandissimo aqueducto de marmore. Este he o que guarneceo o porto, e fez as prayas accommodadas para descarregar, e carregar as mercadorias. Elle edificou Arsenaes, acabou Armazens, proveo-os de armas, e officiaes. Elle fortificou muitas Cidades, e renovou mais perfeitamente os muros arruinados com a antiguidade dos tempos. Elle finalmente estabeleceo em Portugal as artes populares, ornatos, e subsidios da Cidade, e muitas officinas, para se exercitarem as artes: o que tudo adquiriaõ os nossos antepassados com grande despeza, e trabalho

incrivel;

bant; nos in præſentia nullo negotio, & impendio tenemus.

Magna profecto iſta ſunt, ſed illa, mea quidem ſententia, majora, quod ærario divitias, pacem imperio Luſitano curarit, populo numquam importunis tributis fatigato. Cum enim his proximis temporibus bello gravi, & diuturno Europa omnis arderet; malis illis communibus Luſitania erat inmunis, populoſque ſe invicem dilaniantes nullo ſuo periculo intuebatur. Fuit hæc Cardinales, Joannis V. propria laus, quam pauci admodum Reges, verbo abſit invidia, adepti ſunt. Cum vero illi occaſiones non nullæ eſſent oblatæ arma ſumendi, ſapientiſſime omnes declinavit. Eant nunc illi, quos prudentes Politicos vulgus appellat; a quibus homines, qui ætatem in præliis conſumſerunt, eſſe beati prædicantur. Diſcant a rege Joanne V. artem ſapienter & Chriſtiane rempublicam adminiſtrandi. Numquam homini Chriſtiano arma ſumere, niſi graviter laceſſito, licet. Arma Regibus data ſunt, non ut aliorum res appetant, & fictis offenſionibus aggrediantur; ſed ut ea conſervent, quæ ſua ſunt, ſuoſque populos ab injuriis tueantur. Conjiciamus oculos, Cardinales, in illam Judæorum rempublicam quo tempore a Deo procurabatur: conſideremus, poſtea quam quietas ſedes habuerit, quam modeſte & prudenter cum vicinis populis egerit: quam ſancte fidem datam gentibus fœderatis ſervaverit: quam lente, nec niſi hoſtiliter laceſſita, contra eos arma tractarit: hoc amplius, quot vices clade fœdiſſima adfecta fuerit, propterea quia contra Dei voluntatem,

incrivel; nós ao presente sem nenhuma molestia, e custo o possuimos.

Grandes sem duvida são estas cousas, mas aquellas na verdade, segundo o meu parecer, mayores, que procurou as riquezas para o thesouro, a paz para o Imperio Portuguez, nunca vexado o povo com importunos tributos. Porque ardendo toda a Europa nestes proximos tempos em pezada, e diuturna guerra; estava Portugal isento daquelles males communs, e sem nenhum perigo seu, via os póvos despedaçando-se a si alternadamente. Foy este, ò Cardeaes, louvor proprio de D. João V., que (não me levem a mal o que digo) muito poucos Reys alcançarão. Offerecendose-lhe porém algumas occasioens de tomar armas, sapientissimamente desviou todas. Vão agora lá aquelles, a que o vulgo chama Politicos prudentes, pelos quaes se pregôa, que são bemaventurados os homens, que passarão a vida nas campanhas. Aprendão de D. João V. a arte de sabia, e Christãamente administrar a Republica. Nunca he licito ao homem Christão tomar armas, senão gravemente provocado. As armas forão dadas aos Reys, não para desejarem as cousas alheas, e accometerem com fingidas offensas; mas para conservarem o que he seu, e defenderem os seus póvos das injurias. Lancemos, ò Cardeaes, os olhos àquella Republica dos Judeos, no tempo em que era administrada por Deos: consideremos, quam modesta, e prudentemente tratou com os póvos vizinhos, depois que teve habitação pacifica: quam santamente observou a fé dada às gentes aliadas: quam lentamente nem, não sendo provocada hostilmente, tomou armas contra elles: isto mais, quantas vezes foy castigada com destruição cruelissima, por isto, porque se atrevera a fazer guerra contra a

 von-

tem, vel eo inconſulto, bella committere auſa fuiſſet. Hanc normam Regibus ipſe Deus impoſuit, ut ſua imperia recte adminiſtrent. Qui ſecus faciunt, quantalibet dignitate præditi ſint, plectendi ſunt acerbiſſime ab eo rege, apud quem nulla, ut Petrus denuntiat, acceptio eſt perſonarum.

Poſſum ego memorare, Cardinales, Reges plurimos bellica laude florentes, qui dum animam agerent, & in illa hora, in qua tremendi & adventantis judicii recordatio hominem ad ſe revocat, ſuaſque actiones pro merito expendere cogit; nihil aliud filiis commendarunt, niſi ut a bello, quantum poſſent, temperarent: facturos eos rem juſtam, & Deo gratam; populis vero præter cæteras utiliſſimam. Principes nempe qui quamplurima mala hominum generi ab ſe inlata cognoſcerent: qui tot mortalium occiſiones, tot provinciarum vaſtitates memoria repetebant; demum intellexerunt, ſuum eſſe filios ſuos monere, ne æſtu vindictæ, aut ambitionis raperentur: & tantum damni ſubjectis populis adferrent, quantum ipſi videlicet imprudenter adtulerant. Quod ſi victoria adepta nihil, niſi pax, optandum populis eſt; qui bella non neceſſaria diſſuadet, quique ad pacem conſervandam nihil non molitur, is mihi vere Princeps, vere Rex & natus, & factus eſſe videtur.

Satis multa, Cardinales, dixiſſe videor, quæ, quos progreſſus Joannes fecerit in arte regnandi, liquido oſtendunt. Nunc ad aliam Politicæ diſciplinæ partem venio, amorem dico

in

vontade de Deos, ou sem o consultar. Esta norma impoz o mesmo Deos aos Reys, para que administrem rectamente os seus Imperios. Os que o fazem de outra sorte, com a mayor dignidade que sejaõ dotados, haõ de ser punidos cruelissimamente por aquelle Rey, em cuja presença, como diz S. Pedro, naõ ha accepçaõ de pessoas.

Posso eu, ò Cardeaes, mencionar muitos Reys florentes com o louvor da guerra, que proximos à morte, e naquella hora, em que a lembrança do tremendo, e chegado juizo faz cahir ao homem em si, e o obriga a avaliar as suas acçoens conforme o merecimento; nenhuma outra cousa recommendaraõ aos filhos, senaõ que se abstivessem da guerra, quanto podessem: que elles fariaõ huma cousa justa, e agradavel a Deos; aos póvos porém, mais que todas utilissima. Na verdade os Principes que conheciaõ, que por elles se tinhaõ feito grandes males ao genero humano; que traziaõ à memoria tantas mortes de homens, tantas destruiçoens de Provincias; finalmente entenderaõ, que era da sua obrigaçaõ admoestar seus filhos, para que naõ se arrebatassem com o ardor da vingança, ou da ambiçaõ: e tanto damno fizessem aos póvos sugeitos, quanto na verdade tinhaõ feito imprudentemente a si mesmos. Porém se, alcançada a victoria, nada se deve desejar pelos póvos senaõ a paz; quem dissuade guerras naõ necessarias, e quem tudo emprende para conservar a paz, este verdadeiramente me parece Principe, verdadeiramente assim nascido, como feito Rey.

Assaz muitas cousas, ò Cardeaes, me parece que tenho dito, as quaes mostraõ claramente os progressos, que fez D. Joaõ V. na arte de Reynar. Agora venho à outra parte da disciplina Politica; digo ao amor para

in Lusitanos: quo tantum reliquos Reges antecelluit, nullus ut populum sibi subjectum magis dilexerit, quam ille suum: nullus vicissim ab eo fuerit æque dilectus. Quis enim umquam ad illum voluit accedere, cui non daret aditum conveniendi se; quæ vellet, exponendi, petendi, obsecrandi, querimonias de aliorum injuriis proponendi, cæteraque, quæ ad otium & quietem reipublicæ conservandam sunt necessaria, libere & nullo metu dicendi? Qui cum Ulyssipo gravissimo morbo, eoque late serpenti, oppressa esset, ac eum Medici vehementer rogarent, ut urbe regia excedere vellet, adduci se non est passus, ut solum verteret: sed mansit eo consilio, ut egentium miserias suis oculis cerneret, & ingenti pecunia sublevaret.

Quid illa? quam sancte ac religiose fidem & amicitiam servavit! qui numquam fidem, quam alicui dederat, violavit: cumque aliquando ab aliis Principibus, vel etiam privatis se delusum videret, numquam, quod promiserat, revocavit: quod intellexit non sibi eos injuriam facere, qui violarent; sed illos ipsos, qui ab constantia dictorum recesserant, satis perfidia sua, & bonorum omnium execratione castigari. Quid? moderatio! quid? animi magnitudo quanta in illo, quamque excellens reperiebatur! Lacessitus a pravis & impudentibus, qui famosis libellis eum conciderant, omnino vetuit in auctores inquiri. Maluit oblivisci, quam castigare: quod intellexit, magni esse viri ea contemnere, quæ ex animi quadam

com os Portuguezes : no qual se aventajou tanto aos demais Reys , que nenhum amou mais o povo , que lhe era sugeito , do que elle o seu : nenhum em recompensa foy por elle igualmente amado. Porque quem já mais quiz chegarse a elle , a quem naõ désse a entrada de lhe fallar , de expôr , pedir , rogar o que quizesse , de lhe propor as queixas das injurias de outros , e de dizer livremente , e sem nenhum medo as demais cousas , que saõ necessarias , para a paz , e conservar o socego da Republica ? Que estando Lisboa opprimida com hum gravissimo mal , e com elle largamente espalhado , e pedindo-lhe os Medicos com instancia , que quizesse apartarse da Cidade regia , naõ soffreo ser persuadido , que mudasse de lugar : mas ficou com esta resoluçaõ , para que visse com os seus olhos as miserias dos pobres , e as aliviasse com grandes despezas.

Para que repetirey aquellas cousas ? quam firme , e religiosamente guardou a fé , e a amisade ! o qual nunca violou a palavra que tinha dado a alguem : e vendo-se algumas vezes enganado por outros Principes , ou ainda particulares , nunca revogou o que promettèra : porque entendeo , que aquelles que tinhaõ faltado , lhe naõ faziaõ injuria ; mas que aquelles mesmos , que se tinhaõ apartado da constancia das palavras , assaz ficavaõ castigados com a sua perfidia , e com a abominaçaõ de todos os bons. Que ? a moderaçaõ ! Que ? a grandeza de animo , quam grande , e quam excellente se achava nelle ! Provocado por depravados , e infames , que o tinhaõ ferido com satyras , totalmente prohibio , que se devaçasse sobre os authores. Antes quiz esquecerse , do que castigar : porque entendeo , que he proprio de Varaõ grande desprezar aquellas cousas , que provêm de huma

certa

dam impotentia proficiſcuntur. Atque hæc ille fecit, qui regno præerat, qui legionibus imperabat, ad cujus nutum reprehenſores omnes & obtrectatores ipſius articulatim concidi, & minui poterant. Intellexit profecto, eum eſſe Regem, non qui aliis dumtaxat, ſed qui ſibi potiſſimum imperare ſciat: hoc eſt, iracundiam, cupiditatem, avaritiam, ac cætera vitia ratione & conſilio coercere.

Multa ſunt mihi prætereunda, quæ, quam magnum ejus ſtudium in Luſitanos fuerit, patefaciunt. Tamen tacitus præterire non poſſum inſignem illam amoris ſignificationem, quam tunc dedit, cum gravi morbo correptus eſſet, cum acerba paralyſi conflictatus vix membris commode uteretur, mente etiam aliquando deficeret. Hic omnes orare Regem, & quaſi ſuo jure poſtulare, ut totum ſe tranquillæ vitæ daret, revocaret animum a curis, ſaluti ſuæ diligenter conſuleret. Sed magnanimum Regem, ut quidpiam priſtinæ contentionis aliquando remitteret, nulla res potuit permovere: cum dictitaret, a Deo regni onus impoſitum ſuis humeris eſſe: nec umquam a ſe, quoad ſpiritum duceret, deponendum. Suſtinuit igitur uſque ad exitum vitæ, vel ipſa cum morbi, tum vero tanti laboris patientia plane admirandus.

Supereſt ut de felicitate dicamus, quæ cum in nullius hominis poteſtate ſit, ſed a Deo inmortali tamquam donum excellens tribuatur; qui ea cæteros mortales excellat, is Deo carus & præter modum acceptus eſſe videatur. Neque enim ego, Cardinales, ſum prædicaturus tantam auri, & gemmarum vim in Braſilia, eo imperante, repertam fuiſſe,

certa impotencia de animo. E estas cousas fez aquelle que no Reyno tinha o primeiro lugar, que mandava exercitos, a cujo aceno se podiaõ cortar por todas as juntas, e desfazer todos os seus reprehensores, e murmuradores. Entendeo certamente, que aquelle era Rey, naõ o que a outros só, mas que principalmente saiba dominarse a si: isto he, refrear com a razaõ, e conselho a ira, cobiça, avareza, e mais vicios.

Muitas cousas hey de eu passar em silencio, que manifestaõ, quam grande fosse a sua inclinaçaõ para com os Portuguezes. Com tudo naõ posso callado deixar aquella insigne demonstraçaõ de amor, que entaõ deu, sendo arrebatado de grave enfermidade, usando apenas commodamente dos membros afflicto com terrivel paralyzia, privado tambem algumas vezes do sentido. Aqui todos pediaõ a ElRey, e requeriaõ, como podiaõ, que todo se entregasse a huma vida socegada, que apartasse o animo dos cuidados, e que attendesse diligentemente à sua saude. Porém nada pôde mover ao magnanimo Rey, para que finalmente afrouxasse algum tanto da antiga porfia: dizendo frequentemente, que por Deos se tinha posto sobre os seus hombros o pezo do Reyno: nem jámais o havia de largar de si em quanto vivesse. Por tanto supportou-o até o fim da vida, digno totalmente de admiraçaõ, ainda no mesmo soffrimento, assim da enfermidade, como de taõ grande trabalho.

Resta, que digamos da felicidade, que naõ estando no poder de nenhum homem, mas dando-se como dadiva excellente por Deos immortal; o que nella levar ventagem aos demais homens, este parece que he amado, e muito aceito a Deos. Porque nem eu, ò Cardeaes, hey de pregoar, que nos Brasis, reynando elle, fora achada

fuiſſe, quantam ejus majores in unum conjecti non habuerunt. Non quot ac quantis reditibus ærarium auxerit, regnique vires confirmarit. Non Reges barbaros, quos fecit vectigales: non populos in fidem receptos: non fines regni dilatatos: non ipſam denique cæli temperiem Regis conatibus, factiſque præclaris obſecundantem. Hoc breviter dicam, Regem nullum tam multa aliquando ſperaſſe, quanta a Deo optimo maximo Joanni V. delata fuere. Quid? in ipſis etiam expeditionibus bellicis, quas ille tantopere declinabat, quid ipſe umquam conatus eſt, cui non ſucceſſus reſponderet? Teſtis eſt Corcyra, quæ cum ab hoſte Chriſtianorum teterrimo, Turcarum imperatore, obſideretur, ejus claſſe disjecta per Luſitanos, Joannis ope diſcrimini erepta eſt: inmaniſſimus hoſtis ab Itáliæ cervicibus depulſus: Romani omnes metu liberati: pax Italiæ reſtituta. Teſtis & Africa, & Aſia, in quibus tot oppida, & caſtella recuperavit, tot fortiſſimas gentes debellavit, alias in fidem recepit. Teſtis America, quam fœde diſtractam plurimis, graviſſimiſque diſſidiis, per imperatores ſuos pacavit. Teſtes denique maria omnia, quæ cum a prædonibus infeſtarentur, eorum fracta temeritate facta ſunt noſtris negotiatoribus pervia: nec noſtris modo, ſed exteris etiam, quibus nobiſcum commercia ſunt reſtituta.

Atque hunc optimum Regem, tam pium, tam prudentem, tam amantem Luſitanorum, tantaque uſum felicitate; cum majora pro Chriſti religione, pro eccleſia Catholica, pro ſalute ſuorum meditaretur,

tanta abundancia de ouro, e pedras preciosas, quanta naõ tiveraõ os seus Predecessores juntos em hum. Naõ com quantas riquezas augmentou o thesouro, e confirmou as forças do Reyno. Naõ os Reys barbaros, que fez tributarios: naõ os póvos recebidos na sua protecçaõ: naõ os limites do Reyno ampliados: naõ finalmente a mesma temperança do ar obedecendo às pretençoens, e obras preclaras do Rey. Isto direy brevemente; que nenhum Rey esperou em algum tempo tantas cousas, quantas por Deos Optimo Maximo foraõ concedidas a D. Joaõ V. Que? ainda nas mesmas expediçoens bellicas, de que elle tanto se apartava, que pretendeo elle jámais a que naõ correspondesse o successo? Testemunha he Corfú, que, sitiando-se pelo inimigo o mais cruel dos Christãos, o Imperador dos Turcos, desfeita a sua armada pelos Portuguezes, com o soccorro de D. Joaõ foy livre do perigo: o cruelissimo inimigo lançado fóra da cerviz de Italia: todos os Romanos livres do medo: a paz restituida a Italia. Testemunha he assim Africa, como Asia, nas quaes recuperou tantos lugares, e fortalezas, debellou taõ fortissimas gentes, outras recebeo na sua protecçaõ. Testemunha a America, que, deformemente dividida, com muitas, e gravissimas discordias, pacificou pelos seus Governadores. Testemunhas finalmente todos os mares, que sendo infestados pelos Piratas, quebrantada a temeridade destes, se patentearaõ aos nossos negociantes: nem só aos nossos, mas ainda aos Estrangeiros, aos quaes se restituiraõ os comercios comnosco.

E a este Optimo Rey, taõ pio, taõ prudente taõ amante dos Portuguezes, e que usou de tanta felicidade; meditando mayores cousas pela Religiaõ de Christo, pela Igreja Catholica, pelo bem dos seus, roubou a cruel mor-

retur, dira mors in medio pæne vitæ curſu rebus humanis eripuit. O exiguum humanæ vitæ curriculum! o fluxam regnandi gloriam! o incerta mortalium conſilia, quæ iis plerumque nituntur, quæ cito amiſſuri ſumus! Nihil regno contingere luctuoſius, nihil poterat gravius omnibus bonis, nihil acerbius, qui eodem funere cum Rege ſuo efferri viſi ſunt. Nuſquam tam veras lacrimas homines noſtri fuderunt. Nuſquam tales lamentationes, & ejulatus auditi ſunt. Plorat etiam nunc regia omnis: in mœrore & ſqualore jacet invictiſſimum regnum: nec in Luſitania modo, verum etiam in Urbe, ubi ſuæ pietatis, & munificentiæ argumenta maxime dederat, dolor & luctus in ore omnium expreſſus eſt. Vos ipſi, Cardinales, qui ampliſſimorum Regum virtutes merito ſuo æſtimatis, luculentis indiciis notum facitis, quam ſit vobis acerba hæc recordatio: quantamque putetis ejus morte ab Eccleſia, ab Urbe Roma, a cuncto populo Chriſtiano factam eſſe jacturam.

Sed quoniam gemitibus atque lamentis vitam homini reddere minime poſſumus; Deique conſiliū & voluntatem, etiam cum nos punit, demiſſe venerari debemus; temperemus a lacrimis atque fletu: & quæramus, ſi poſſumus, levationem aliquam mœroris ex illius commemoratione virtutis, quæ in toto ejus vitæ curſu inluſtrior, in morte præſertim conſpecta eſt. Quamquam ejuſmodi conſolatio acerba profecto eſt: nam quo magis virtutis præſtantiam commemoramus, eo dolor conceptus ex hominis morte vehementius ac ſævius recrudeſcit. Verum ſi nulla conſolatio dolorem animi & curam delere poteſt,

te ao mundo, quasi no meyo da carreira da vida. Oh pequena carreira da vida humana! Oh instavel gloria de reynar! Oh juizos incertos dos mortaes, que pela mayor parte se estribaõ naquellas cousas, que havemos de perder logo! Nada podia acontecer mais lamentavel ao Reyno, nada mais grave, nada mais cruel a todos os bons, que pareceo serem levados à sepultura no mesmo funeral com o seu Rey. Em nenhum lugar derramaraõ os nossos homens taõ verdadeiras lagrimas. Em nenhum lugar se ouviraõ taes lamentos, e prantos. Chora até o presente toda a Casa Real: em tristeza, e lúto está sepultado o invictissimo Reyno: nem só em Portugal, mas ainda em Roma, onde pela mayor parte dera argumentos da sua piedade, e grandeza, se exprimio a dôr, e a mágoa no semblante de todos. Vós mesmos, ò Cardeaes, que pelo seu merecimento avaliais as virtudes dos Reys amplissimos, com claros indicios fazeis publico, quam penosa vos seja esta memoria: e quam grande damno julgais, que ha de ser experimentado com a sua morte, pela Igreja, pela Cidade de Roma, e por todo o povo Christaõ.

Mas porque com gemidos, e choros de nenhuma sorte lhe podemos restituir a vida, e devemos venerar humildemente o juizo, e vontade de Deos, ainda quando nos castiga; abstenhamo-nos das lagrimas, e do pranto: e procuremos, se podemos, algum alivio da tristeza, da lembrança da sua virtude, que se conheceo mais illustre em todo o discurso da sua vida, principalmente na morte. Ainda que semelhante consolaçaõ he certamente molesta: porque quanto mais lembramos a excellencia da virtude, tanto mais aguda, e cruelmente se renova a dôr concebida pela morte deste homem. Porém se nenhuma consolaçaõ póde riscar a dôr, e o cuidado do animo,

 ao

poteſt, ſaltim hac medicina lenietur, ſi non, quid nobis, ſed Joanni regi, quem unice amavimus, quid evenerit, reputemus. Nam & rerum in vita geſtarum merito, & ſumma illa religione, quam in hora mortis oſtendit, in ea ſpe confirmamur, ſolutis corporis viribus illius animum ad Dei contuitum pervolaſſe. Non eſt quod mortem doleamus, quæ tantam illi peperit felicitatem: quinimmo gratulemur potius ei, quod ſortem perennem & felicem, relicta mortalitate, conſecutus eſt. Non ille jam ærumnas ullas habet, ſed veram tranquillitatem. Non caduca & puſilla felicitate gaudet, ſed æterna & abſolutiſſima. Non mortalium conſpectu fruitur, ſed cælitum, & ipſius Dei. Nobis a Deo datus, omnibuſque, quæ in Chriſtiano rege eſſe debent, virtutibus inſtructus, Deo tamdem ipſi reſtitutus eſt, qui illum nobis eripuit, quod noſtris multis erratis, criminibuſque commiſimus, ut hoc Rege non digni judicaremur.

Quamquam id ſolatii reſtat, quod filium, ut opum, & potentiæ, ſic cæterarum virtutum hæredem & ſucceſſorem reliquit: in quo Parentem redivivum, & tot Regum, unde ſanguinem ducit, egregias virtutes perpetuo futuras, ex iis, quæ geſſit adoleſcens, optimo jure ſuſpicamur. Te te ipſum appello Joannes V. qui divino adſpectu, uti confidimus, jam frueris, & ea, quæ a nobis dicuntur, quaſi præſens eſſes, intelligis; ſi te a nobis amari agnoſcis, ſi nobis triſte tui deſiderium reliquiſti, hanc a D. O. M. petas veniam, ut filio Joſepho eam mentem injiciat, atque animi robur,

quo

ao menos com eſte remedio ſe abrandará; ſe ponderámos, naõ o que a nós aconteceo, mas o que a ElRey D. Joaõ, que unicamente amámos. Porque aſſim com o merecimento das acçoens obradas na vida, como com aquella ſumma Religiaõ, que moſtrou na hora da morte, nos confirmamos naquella eſperança, de que, ſoltas as forças do corpo, voára o ſeu eſpirito para a viſta de Deos. Naõ ha para que choremos a morte, que lhe adquirio tanta felicidade: mas antes lhe demos antes os parabens, porque deixada a mortalidade, conſeguio huma ſorte perenne, e ditoſa. Elle nenhumas tribulaçoens tem já, mas verdadeira tranquilidade. Naõ goza de caduca, e pequena felicidade, mas de eterna, e perfeitiſſima. Naõ goza da viſta dos mortaes, mas dos Santos, e do meſmo Deos. Foy-nos dado por Deos, e compoſto de todas as virtudes, que devem reſplandecer em hum Rey Chriſtaõ, foy finalmente reſtituido ao meſmo Deos, que no-lo tirou, porque com os noſſos muitos erros, e culpas fizemos que naõ foſſemos julgados dignos deſte Rey.

Ainda que reſta aquella conſolaçaõ, que deixou hum Filho, aſſim como das riquezas, e poder, aſſim herdeiro, e ſucceſſor das mais virtudes: no qual, por aquellas acçoens que obrou ſendo mancebo, com juſta razaõ julgamos ao Pay reſuſcitado, e que ha de haver perpetuamente as egregias virtudes de tantos Reys, donde traz a aſcendencia. A ti meſmo te chamo, ò Rey D. Joaõ V., que, como confiamos, já gozas da Divina preſença, e, como ſe eſtiveſſes preſente, percebes o que por nós te he dito, ſe conheces que por nós es amado, ſe nos deixaſte huma triſte ſaudade tua, pede a Deos Optimo Maximo eſte beneficio, que communique a teu Filho D. Joſeph aquella intelligencia, e esforço de animo, com

que

quo juſte ac fortiter Luſitanum imperium adminiſtret: religionem Catholicam, quam vivo Patre florentem ac regnantem adſpexit, in ſuis terris incolumen tueatur, in alienas diſſeminet, atque propaget. Quod ut facias, demiſſe te etiam atque etiam rogamus.

que justa, e fortemente administre o Imperio Portuguez: que defenda nas suas terras salva, nas alheas semee, e propague a Religiaõ Catholica, que, vivo o Pay, vio florecente, e reynante. O que huma, e muitas vezes te rogamos humildemente que faças.





